

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PROBIT

Premium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7 1/2.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis Lib. o.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

*Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA*

Subnotatio fieri potest:

IN ITALIA

IN ITALIA **IN ANGLIA**
Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET Soc. Apud BURNS AND OATES
ROMAE, Via Santa Chiara, 20-21. LONDON W. - 28, Orchard Street.

IN ANGLIA

BVRE ET SOC. Apud BURNS AND OATES
LONDON W. - 28, Orchard Street.

IN CIVITATIBUS FEDERATIS
AMERICAE SEPTENT.

IN CIVITATIBUS FEDERATIS
AMERICAE SEPTENT.
Apud
COMMISSARIAT OF THE HOLY LAND.
NEW YORK, 143 w 95th St.
IN CANADA
ET NEWFOUNDLAND
—
NEW YORK (U. S. Amer.), 143 w 95th St.

DA

IN BELGICA

IN BELGIË
Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.

IN GALIA

LUGDUNI
LÉE, LEFEB

— IN GALLIA —
LUTETIAE PARISIORUM
RAIRIE VIC ET A
CHARLES ANAT. SUCC.

卷之三

IN HUNGARIA
Apud
J. B. LIPTAY, CORRESP. DE HONGRIE

PERUM INDEX

ROMAE

EX OFFICINA FORZANI ET SOCII.

EX OFFICINA TORZANI ET SOC.

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS Commentarii VOX URBIS anno MCM

Premium annuae subnotationis est: in Italia Lib. **10**;
ubique extra Italiam Lib. **15**; M. **12**; Sch. **12**; Doll. **3**; Rubl. **6**; Flor. **7^{1/2}**
recto tramite mittendum
ad **Aristidem Leonori** equitem, commentarii ipsius possessorem et administratorem

ROMA - Via Alessandrina, 87

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA

Inter eos omnes, qui die XV mensis Martii MDCCCC inter commentarii socios numerentur,
sorti committetur sacro Paschatis Resurrectionis die eiusdem anni

Theca Aurea Pulveri Nicotiano Asservando
qua SS. Dominus PIUS Papa IX f. r. utebatur, prouti ex luceolento constat in scriptis testimonio

Qui primum nunc nomen dederint, premiumque subnotationis solverint uti supra, *Vox Urbis* commentarium accipient a Kalendis Ianuariis usque ad expletum annum MDCCCC, iisque donum erit

URBIS A IANICULO MONTE PROSPECTUS

late magnus (m. 1.10 × 0.24) et visu decorus.

Sociis qui subnotationem renovabunt dono dabitus **ubi primum in promptu erit**
LIBER (vulgo "Album") PRAECIPUA URBIS REFERENS

pulcritudine insignis atque, commentarii moderatore iubente, expresse conflatus.

Denique illis inter socios, et recentes et veteres, qui tres in Italia, vel binas ubique extra Italiam subnotationes novas comparaverint, earumque annum premium recto tramite miserint ad commentarii administratorem, optio erit unius ex his XXXIII quae sequuntur, quod gratuito pariter habebunt:

- I. Aristotelis De arte poetica liber. Rec. GUILELMUS CHRIST.
- Id. Ars rhetorica. Ed. A. ROEMER.
- Id. Quae feruntur Magna Moralia. Rec. FR. SUSEMHL.
- II. Fabulae Romanenses graece conscriptae ex rec. et cum adn. A. EBERHARD.
- III. Homeri Carmina. Ed. GUIL. DINDORF. (Voll. 2).
- IV. Metrologicorum scriptorum reliquiae. Ed. FRIDERICUS HULTSCH. (Voll. 2).
- V. Patrum Nicaenorum nomina graece, latine, syriace, coptice, arabice, armeniace. Edd. H. GELZER, H. HILGENFELD, O. CUNTZ.
- VI. Plutarchi Vitae parallelae. Rec. C. SINTENIS. (Voll. 5).
- VII. Strabonis Geographica. Rec. A. MEINEKE. (Voll. 3).

- VIII. Xenophontis. Expeditio Cyri. Rec. A. HUG.
Id. Historia Graeca. Rec. O. KELLER.
- Id. Institutio Cyri. Rec. A. HUG.
- Id. Commentarii. Rec. W. GILBERT.
- Id. Scripta minoria. Rec. L. DINDORFIUS.
- IX. Novum Testamentum. Graece ed. PH. BUTTMANN.
- X. Augustini (Sancti Aurelii) De civitate Dei lib. XXII. Iterum rec. B. DOMBART. (Voll. 2).
- XI. Caesaris C. Iuli cum A. Hirti aliorumque supplementis: Commentarii de bello Gallico, de bello civili, de bello Alexandrino, de bello Africo, de bello Hispano. - Fragmenta. Rec. B. KÜBLER et Ed. WÖLFFLIN. (Voll. 3).
- XII. Ciceronis M. Tullii Opera rhetorica. Edidit FRIEDRICH. (Voll. 2).

(Sequitur in tertia operculi pagina).

In Ital.
Lib. 15.

N EQUE hum
sed prop
conditions ac
modo potius n
cogere nunc R
cilium summis
acturum.

Nam, si locu
ceteras eminet
lorum, sanguine
gisterio doctor
Pontificum, virt
ea Urbs, a qua
pemodium saecu
nes religionis
que magistros
nulla dedit fidei
cepta, suum nul
pum a quo reg

Iure igitur i
stianam antiquit
patebit hospita
quanta est chris
tumentum est.

Atque aliud
addere, quod pr
cuiusvis affulget
coetum primum c
logiae christiana
palati ruderar
oculos, illius oli
quo et per que
modoque caedes
tyrum aetas nun
initur concilium
marum, ubi Au
denda manent p

Proh fatum tr
vix interlabentib
solemnies Christo
sunt in templo, v
minibus aeternu
heic idem fatum
eius, amphitheat
aedificiis eius ta
templo celebrari
marum maxima,
insigne, excitavit
grates Deo aga
pugnae saevissim

Quod si qu
prae ceteris, qui

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italiam:
Lib. 15. M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7½.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE - Via Alessandrina, 87.

CHRISTIANAE ANTIQUITATIS DOCTORUM URBANUS CONVENTUS (XV-VII Kal. Maias MDCCCC).

NEQUE humanis casibus, neque humano consilio, sed prope divinitus datas oblatasque rerum conditions ac temporis credimus, quibus quodammodo potius necessarium quam opportunum fuit cogere nunc Romae eruditissimorum virorum concilium summis antiquitatis christiana de rebus acturum.

Nam, si locum consideres, ea Urbs est, quae inter ceteras eminet incolatu Apostolorum, sanguine martyrum, magisterio doctorum, auctoritate pontificum, virtute sanctorum; ea Urbs, a qua per viginti propemodum saecula regiones omnes religionis veritatem, eiusque magistros accepunt, cui nulla dedit fidei christiana praecpta, suum nulla dedit episcopum a quo regeretur.

Iure igitur iis, qui in christianam antiquitatem inquirunt, patebit hospita Roma, quae tota quanta est christiana rei monumentum est.

Atque aliud insuper lubet addere, quod proculdubio menti cuiusvis affulget. Cum Spalati coetum primum cultores archaeologiae christiana constituerunt, palatii rudera versabantur ante oculos, illius olim Diocletiani, a quo et per quem illa sine more modoque caedes et laniena atrocissima, quae *martyrum aetas* nuncupata est. Alterum nunc in Urbe initur concilium, ubi Diocletianearum rudera thermarum, ubi Augustanae illius arcis reliquiae vindenda manent propriis vix dignoscenda ruinis.

Proh fatum truculentissimi imperatoris! Sexdecim vix interlabentibus saeculis illic actiones gratiarum solemnes Christo Deo, eversis prorsum idolis, actae sunt in templo, ubi de Christi christianorumque nominibus aeternum delendis animo agitaverat. Atque heic idem fatum: periere thermae, mirabile opus eius, amphitheatrum, palatium, et e nobilissimis aedificiis eius tantum superest, quantum satis sit illi templo celeberrimo, quod Bonarrotius in aula thermarum maxima, monumentum christiana religionis insigne, excitavit. Utinam ea sit mens, ut apud nos grates Deo agantur, ubi tanta recordatio assurgit pugnae saevissimae in Christum illatae!

Quod si quibusvis id gratum atque insigne, iis praeceteris, qui hoc venerunt ad veritatem chri-

stianae historiae novo opere muniendam, novis muris instruendam, novis ornamenti condecorandam, gravissimum atque honestissimum fore censemus.

At quae tot martyrum cruentata caede super tempora idolorum victrix ascendebat Ecclesia, ea sexcentis fraudibus dissidentium circumsepta, herculeo par labori, quo Lernaeus iacuit anguis, singulis aggressa sternebat, quae, dum suo quaeque

ciebantur, ut novum inde lumen effunderetur, novae species rerum luceret, qua affecti christiana antiquitatis cultores etiam in haec animum, vires, mentesque acerrimas intenderunt. Et quidem hoc in conventu Romae congregato versantur tanti viri discipuli, quos ille voce alebat, exemplis adiebat, nec curis, ne laboribus parcerent ullis, ut digni tanto magistro, bene de christiana re meriti ducerentur.

Commemorandi quapropter utrique in Urbe hoc anno qui erant pulcherrimis rebus gestis, et feliciter gestis; immo spem et exspectationem ultro vincientibus, ii in tanta doctorum frequentia, plausu et recordatione gloria commemorabuntur, quasi universus orbis legatos miserit, ut qui de omnium gentium religione, pietate ac sapientia optime meruerunt, magnificens omnium gentium sermone et laudatione celebrarentur.

Quae cum ita sint, cumque locus tempusque arrideant, tempus praesertim, quod Jubilaei anno solemnissimo in Urbem tot gentes accit, liceat ea exprimere quae peregrini redeuntes domum fabuntur: « Vidimus sa

pientum cohortem, quam ex eruditissimis suis omnes populi viritim elegerunt atque miserunt sanctissimis de disciplinis acturam. Sapientes conspeximus divini Verbi, quod Patris sapientia est, in nomine congregatos, et audivimus verba quae vix licet homini loqui. Oh!, religio illa, quae tali fulcit sapientia, vigebit vivax, triumphatrix et immortalis! »

Et profecto in conventu isto quae sunt ad pri- scas christiana religionis aetates exquirente, omnia quasi reviviscent et germinabunt; et fortia martyrum facta, clarissima doctorum praecepta, testimonia gravissimae antiquitatis in lucem recordationemque redibunt, non quasi annis obsita, sed quasi hodierna primum frondescant atque florent, probantia mirabiliter, dum nemo expectat, vaticinium illud insigne, quod christianae veritati eiusque heroibus commune atque aeternum fuit ac perseverat. His enim proprium tantummodo est illud Psalmistae: « Non moriar, sed vivam, et narrabo opera Domini » (Ps. 117, v. 17). G. P.

SALVETE VIRI DOCTISSIMI
QVI
DE CHRISTIANA ANTIQUITATE TVENDA INVESTIGANDA
ROMAM CONVENISTIS
VOBIS E CAELO GESTIENS ADEST
IOANNES ILLE BAPTISTA NOSTER
HVIVS DISCIPLINAE
INSTAVRATOR ET CVLTOR PRINCEPS
VOBIS PLAVDIT
“ VOX VRBIS „ COMMENTARIVS

DE IUVENCO POETA CHRISTIANO

MINI nuper in manus venit libellus, cui titulus: *Historia Evangelica a Iuvenco Hispano versu heroico conscripta*. Cuius cum priorem legisset paginam, mecum ipse reputavi quid causae esset cur hic poeta non eo loco haberetur quo dignus putabatur. Hinc enim videbam illum ab iis maxime commendatum qui eius ediderant carmina, quos fere veteres dicas si tempus spectes quo opus edendum curarunt. Nam tres editiones carminis evangelici huius prae manibus habere potui, diversis in locis, diversaque aetate prolatas, quarum recentior ab anno MDXLV ortum habet. Quas cum inter se conserem, non ita discrepantes deprehendi, nisi in minoris quibusdam momenti rebus, quae tamen, ut opinor, indicio sunt castigatiorem huius libri editionem adhuc desiderari. Inde autem nihil aut certe parum illum a criticis auctoribus laudatum cernebam.

Accedebat huic cogitationi alia, quae legendi studium acuebat: qua de causa, videlicet, eorum opera in restituenda augendaque Iuvenci poetae fama minus successerit. Quippe unus eorum, Volfangus nomine, qui scribebat anno undecimo supra sesquimillesimum, dolet « tantum poetam » ceteris ethnicis hactenus minus notum fuisse, ac tamdiu « egregium ac christianum » scriptorem abditum delituisse. « Quare ego », inquit, « communi utilitati consulere volens, rem perutilem me facturam existimavi, si, ut author praefatus in lucem rediret, ac plures eius copiam haberent, quoquo modo efficere possem ». Quod, quamquam recta mente factum, non tamen, quod sciam, carminibus speratam conciliavit existimationem. Cuius rationem librum legendo indagare statui, atque fortasse quae invenerim tibi, lector erudit, grata erunt, quamquam tu ipse meliora meius dicere vales.

Ferunt Iuvencum, natione hispanum, nec in honesto loco natum, eo vixisse tempore quo Constantinus Magnus imperium administrabat. Quod ipse testatur Iuvencus, qui in sui poematis conclusione otium Constantino refert acceptum, per quod licuit scribere:

Haec mibi pax Christi tribuit, pax haec mibi seculi,
Quam foret indulgens terrae regnator apertae
Constantinus, adest cui gratia digna merenti.

Plura illum confecisse dicunt poemata, quorum illud praecipuum videtur esse cui nunc operam damus; nam ceteris est magis vulgatum et ad maiorem notitiam pervenit. Sancto Hieronymo et viri eruditio, et ingenium poetae apprime commendabatur. Quam laudem Tritemius (recentior auctor) amplificare curat Iuvencum vocans virum nobilem atque doctissimum, philosophum, rhetorem, poetam, et theologum insignem, neque minus conversatione quam Scripturarum scientia Ecclesiae venerabilem. Neque ego aliquid istarum laudum veteri viro detrahendum puto; sed tamen qua ratione *insignis* poeta et dici et haberri possit non video, saltem si animum ad hoc opus adverto quod solum legere potui; quod et magnitudine sua et pondere satis idoneum iudico ad prodendum poetae nostri ingenium.

Est enim *Historia Evangelica* poema quatuor libris distinctum, quibus auctor noster vitam Christi narrare voluit, sumptis hinc inde ex quatuor Evangeliiis quae evangelicarum rerum seriem evolverent. Nihil, aut fere nihil in narrando immutat; verba ipsa Evangelii, nisi numerus obstet, prope consecutatur; sen, ut cum divo Hieronymo dicam: « Evangelia ad verbum paene transtulit ». Sententiam e proprio fonte vix ul-

lam, evangelicorum verborum interpretationem rarissime reperias. Laudatur ab Hieronymo versicolor ille:

Aurum, thus, myrrham regique, Deoque, hominique,
Dona ferunt,

quod munera sacramenta pulcherrime comprehendat. Laudari possunt eodem capite versus in haec verba: « Esto consentiens adversario tuo cito, dum es in via cum eo » (Matth. V, 25), quae hunc in modum explicat:

Est tibi praeterea virtus contraria semper,
Corporis haec casti celeri curetur amore,
Dum rapida tecum graditur per compita vitae.
Accusabit enim polluti corporis usus,
Et te sublimi statuet sub iudice vinculum.
Damnatum rapient ad vincula sacra ministri,
Nec prius e tenebris mitteris carceris atrii,
Ultima quam minimi reddatur portio nummi.

Scripsit autem Iuvencus tunc cum Arianus error inter christianos populos grassabatur. Nec tamen huius vel minimam mentionem facit.

Quod non culpandum quidem existimo, cum praesertim eam habuisse mentem poeta videatur, ut res tantum enarraret, seu factorum seriem, hoc quo evenierant ordine, explicaret, multis omissis orationibus quas, apud Ioannem praesertim, ad discipulos turbasque Dominus habuit.

Verumtamen si se scriptor noster eo permisisset ardore inflammari, quo vulgo fervent vindices veritatis fautoresque doctrinarum catholicarum, vitam, puto, coloremque suos in versus infudisset, poetaeque laudem meliori titulo esset adeptus. Nam quemadmodum orator non est dicendus ille qui verba tantum, licet multa, continuare, sed, ut ait Tullius, qui omnes aut certe plerasque aliqua specie illuminare sententias valet, ita poetae nomen nec habere potest, nec retinere, qui solummodo sententias (praeclaras licet) numeris efferre studet, sed qui eas et vita donat, et imaginibus illustrat, quis pulset animum ipsique delectationem afferat.

Horum vero quidpiam apud Iuvencum frustra quaeras. Ornatus paene nullus, florum quibus abundat poesis nihil; motus omnis vitaeque sensus abest. Pace ipsius Iuvenci dixerim, qui in carminis conclusione sibi dicit Christi gratiam luxisse

Versibus ut nostris divinae gratia legis
Ornamenta libens caperet terrestria linguae.

Nisi ornamenti nomine pedes quibus adstringitur oratio intelligat: quod, quam falsum sit, nemo est qui non putet. Satis habet auctor si rem debitum exprimat numeris. Quod vitium (quamquam id forte a sancto Doctore non ea, quam ego habeo, mente notatum) tetigisse mihi videtur Hieronymus, cum Iuvencum dicit « paene ad verbum » Evangelia reddidisse. Quae scribendi ratio prorsus est a poetica ratione aliena.

Sancti videlicet Evangelii scriptores non eo scripserunt consilio ut legentium animos et varietatem rerum et illustri forma oblectarent; sed, omni posthabito artificio, quae audierant et viderant, ad communem utilitatem, simplici quadam ratione, eaque plane divina, tractare studuerunt. Quae, ut laudanda, miranda atque iucunda sacris in litteris sunt, sic arida, pallida, exsanguia, si eodem modo proferantur, in carmine habebuntur.

Specimen habeto, lector, quo, si velis, iudices. Hac ratione Iuvencus numeris aptat, quae vulgo dictae sunt *Octo beatitudines*.

Hos populos cernens, praecelsa in rupe resedit,
Ac sic discipulis gremium cingentibus infit:
Felices humiles, pauper quos spiritus ambit:

Ilos nam caeli regum sublime receptat.

His similes mites, quos mansuetudo coronat,

Quorum debetur iuri pulcherrima tellus.

Hic modo lugentes solatia digna sequentur.

Pabula iustitiae qui nunc potusque requirunt,

Ilos plena manet saturandos copia mensae.

Felix qui miseri doluit de pectora sortem,

Illum nam Domini miseratio larga manebit. —

Hi versus idonei sunt qui Iuvenci ingenium patefiant. Sententiam tantum expressam vides; quid intus pulcri lateat, praetermissum. Hic tamen poeseos fons. Verba, quae luminum instar niteant, nulla reperis; siccus, ieunusque est versus, etsi verborum abundans. Est enim vitium, quod Iuvencus non vietavit (neque huiusmodi quidem scriptis inesse non potuit), verba non tam ad sententiae vim ornatumque adducere, quam ad versum complendum. Non pauca exempla sunt, quibus proferendis, ne limitibus egrediar, supersedeo. Praeterea sacrorum verborum vim haud semper est assecutus, quin imo mihi visus est saepius Evangelicum robur suorum numerorum compositione enervasse; adeo ut magis iucundum, dicam sincerius, magisque poeticum ipsum Evangelium videatur, quam carmen illud Iuvencianum. Notare etiam possum huius auctoris versus saepius duriores esse, nec quidquam huius habere gratiae qua florent Ovidiani Vergilianique versus.

Sed de his satis.

Non tamen, ne severior atque iniustior videar, scriptorem hunc omnino contemnendum volo. Boni quidem ingenii protulit indicia; verum eum huiusmodi non iudico qui inter poetas latinos, imo inter christianos illustrem locum teneat aut in posterum tenere debeat, quamvis hic aetate primus venire videatur.

Ex his igitur me causam assecutum esse puto, cur virorum quorundam opera in stabienda Iuvenci fama non successerit. Posteritati probantur optima opera; bona quandoque in memoriam revocantur; deteriora vero in perpetuam oblivionem abiere.

I. LEMETTE.

NUPERRIME CIRCA “ STELAM ”,

IN ROMANO FORO EFFOSA

DUM marmora, arenae, tofa, lapides, signa ex tenebrosis Romani Fori visceribus ligonum ictibus prodeunt, unus tamen est finis praecipuus, una meta, in quam totius mundi academiae et scholae, quasi in antiquitatis umbiculum, intentos oculos servant, lapis ille niger ac tofacea fractaque stela, quam obtegebant.

Hanc ne doctissimos quidem tute interpretaturos unquam fore arbitramur, quod nimis mutila sit; id vero pro certo habendum, reliquias monumentorum quotquot fractam inscriptionem circumstant, quo magis ex effossionibus ubiores emerserint, eo maiorem lucem allaturas.

Et sane iam puteola quatuor silcea petra munita stelam hinc inde cingentia reperta sunt: quae, etsi eorum ratio paene omnino nos effugiat, sacram tamen loci naturam inopinato adspectu iterum iterumque confirmant.

Insolitum id necne sit, non heic diiudicandum; sed tantae venerationis in locum hunc a maioribus praestitae aliquantulum et in nostros quidem animos influxit; dubia quae vehementissima surrexerant de maxima monumenti vetustate, ne dicam sublata, commota tamen sunt validius; fidesque vicissim aucta, quod declaratu-

qua et plure
vel antiquissi
serunt.

Duhn de
tum et ipsa
dulo inquire
lidis argume
quidem, quo
conditum es
locum vetust
nibus sacrum

Ceterum,
dentissimus
defuerunt, in
omnes qui s
lam interpre
locutiones, q
et latinam in
tate tamen lo
hactenus, uti

Huelsen i
grum lapide
serentem pra
assentior, qui
licissimus aug
novissime mo
dentur; ex q
ibidem fuisse

Edixerat
berentur atq
pontifici tribu
diebus, ad qu
plum quodque
stelae insculpt
umbilico illo
adamussim, cu

Quod tem
acutus Terra
sive Tellus Ma
Maia, aut Fa
inesse forte ib
a Faustulo, Ro
Hostili regis a
riam » ostende
cum in curia l

Sed, ut au
agi, id etiam
nomen peculia
Divam vel Di
gnoscere, cui
fuisset patroc
nare videtur cu
(16, 13), qua
ronem dixisse
fuisse erectos
laudarentur. A
facile est coni

Quae Alois
ea summatim
rem investigat
P. Caesaris D
doctissimi, tun
huius monum
tentum, certan
dientes fallim
quod declaratu

qua et plures, increduli antea, stelam regum aetati, vel antiquissimae saltem adscribere tandem consenserunt.

Duhn doctissimi germanici viri opella hunc existum et ipsa procuravit, qui in votivam stipem sedulo inquirens, eam ante sextum fere saeculum validis argumentis constituit, indeque ne Romuleum quidem, quod dicunt, sepulcrum post hoc tempus conditum esse. Immo et ipse principem illum Fori locum vetustissimum fuisse, et Quiritum primis Mabinibus sacrum libens fatetur.

Ceterum, de inscriptionis interpretatione vir prudenter assentim siluit, quamquam cives eius operi non defuerunt, in primis Eman, qui veluti ad ultionem in omnes qui sacros fines conculcassent conditam stelam interpretatus est. Verum, etsi demus verba et locutiones, quas vir defectui sufficit, minus lata forte et latinam indolem magis esse redolentia, de veritate tamen lectionis vehementer dubitamus, indicis hactenus, uti lubet, contenti.

Huelsen in Germanica antiquitatis academia nigrum lapidem a Maxentio imperatore conditum assentem praetereo, libentiusque italo Aloisio Ceci assentior, qui primus stelae interpres atque veluti felicissimus augur fuisse videtur. Cuius asserta emersis novissimis monumentis in dies magis confirmari videntur; ex quibus etiam evincitur locum sacrum ibidem fuisse sacroquo monumento auctum.

Edixerat namque Numa, ut sacra omnia exscriberentur atque exsignarentur (Liv. I, 20), eaque pontifici tribuit constituens « quibus hostiis, quibus diebus, ad quae tempa sacra fuerint ». Atqui templum quodque suam legem debuit habere; lex igitur stelae insculpta alicui ex templis est tribuenda, in umbilico illo Urbis satis forsitan frequentibus; illi adamussim, cuius vestigia his diebus nova prodidere.

Quod templum satis eruditus vir doctus atque acutus Terrae Felicitatis numini sacrum indicavit, sive Tellus Mater fuerit, sive Ceres, sive Bona Dea, aut Maia, aut Fauna aut denique Faustitas, addiditque inesse forte ibi curiam Haustiliam vel Faustiliam, a Faustulo, Romuli nutricio, vel ab Hostilio, Tulli Hostillii regis avo, nuncupatam, eamque « veterem curiam » ostendere, ubi curarent sacerdotes res divinas, cum in curia Hostilia senatus res curaret humanas.

Sed, ut auctor confirmaretur de « curia vetere » agi, id etiam impulit, *Devam* stelae verbum, quo nomen peculiare numinis illius, quod senior aetas *Divam* vel *Divam Augenorum* dixit, daretur recognoscere, cui et vivorum et defunctorum Manium fuisse patrocinium commissum. Quod mire consonare videtur cum scholis Cruquianis ad Horat. *Epid.* (16, 13), quae pro rostris Romuli sepulcrum Varonem dixisse docent, ibique etiam duos leones fuisse erectos, factumque inde, ut pro rostris mortui laudarentur. Atqui Divae cultum funereis caeremoniis facile est coniicere.

Quae Aloisius Ceci late diligenterque exposuit, ea summatim dedimus, dum aemulorum sapientes ad rem investigationes magno animo exspectamus, tum P. Caesaris De Cara S. I., viri antiquitatis disciplina doctissimi, tum Iosephi Gamurrinii, quem funereum huius monumenti naturam satis probasse non contentum, certamen rursus aditum scimus, et, ni audentes fallimur, locum hunc Romuli antiquissimum quod declaratum est sepulcrum re confirmaturum.

Quam tantorum virorum contentionem, firmis monumentorum testimoniis primas exorientis Urbis traditiones tuentem, elato animo hodierni Quirites demiramus, magna que spe laetisque auspiciis quotidie persequimur.

ROMANUS.

VITA FUNCTI VIRI CLARIORES

Senatus sacer Pontificis Romani tribus Patribus purpuras recens orbatus est, **Aloisio de Canossa**, Episc. Veron., **Camillo Mazzella**, Episc. Praenest., Congregationis Sacris tuendis Ritibus praeposito, et **Ioanne Haller**, Archiep. Salisburg.

Ex aula simul Pontificis mortuus est ipsius Patris Sanctissimi Auditor, **Augustus Guidi**, Romanus, Archiep. Nicaeens., vir magni consilii et doctrinae, quam pietati summae probe consociavat.

Henricus Didon, ex religioso Ordine sancti Dominici, celeberrimus ille verbi divini praeco et scriptor, repentinio morbo correptus Tolosae, natus erat Touvet in Gallia an. MDCCXL.

Petrus Iacobus Joubert, qui Praetoriae, in urbe Transvaalianae reipublicae capite, e vivis excessit septuagesimum aetatis annum attigerat. Strenuus et callidus dux an. MDCCCLXXXI Anglos Maiubae vicit, deinde an. MDCCCLXXXVI Jameson ducorem impetum in patriam suam facientem ad ditionem coegit; nunc autem in castra redierat Boerorum summus contra hostes imperator.

Pariter aetate proiectus in Pomerania elapsa mense obiit **Robertus Victorius de Puttkammer**, qui publicis studiis in Borussia praefectus an. MDCCCLXXX renovandae scribendi regulae in patria auctor fuit.

Osman Pacha, cuius nomen late per orbem floruit, ortum duxerat Tokat, in Minore Asia, an. MDCCXXXII. Militum academiae Byzantii prius alumnus, deinde equitatus praefecturam obtinuit stipendiaque multa habuit, in Syria praecipue, et in insula Creta et contra Serbos. Cum autem an. MDCCCLXXVII Russorum exercitus Danubium flumen transgressus est, ipse ad Plevna urbem illum profligavit; sed tamen eadem in urbe obcessus, postquam egregia ficiora fecit, sese tandem hostibus tradidit. Illius belli commentarios postmodum scripsit.

I. F.

IOANNES BAPTISTA DE ROSSI

DOCTRINAE fama, honores, laudum testimonia, quae Ioannes Baptista De Rossi vel quum in vivis ageret est assequutus, tot ac tanta fuerunt, ut nequeat illud iterum de eo praedicari: « maius ab exsequiis nomen in ora venit ». Hic equidem innumeris academicorum sertis auctus, sapientum virorum totius Europae atque Americae amicitia donatus, regum atque principum studia humanissima expertus, sumorum pontificum peculiaris benevolentia firmatus, sive cum sexagesimum aetatis annum attigit, sive, decem post annos, septuagesimum praetergressus, totius exculti orbis auspicia, omina, auguria tamquam omnium gentium magistro festanter oblata sibi videntur.


Et fuerat sane: inter principes enim antiquitatis cultores, qui vel eum praecesserunt, vel eius aequales fuere, vix cum maximis meruit comparari. Quin etiam eidem disciplinae per primaevae Ecclesiae abdita rudera novum atque paene inexploratum iter pandit. Haec summo ingenio virtutique laboris eius indefessae divina fata servaverant, ut christiana antiquitatis studia, prope ab incunabulis primus erueret, unus aleret, ita tamen ut geminam profanam disciplinam, quam doctissimi tot viri a saeculo usque decimoquinto prosequebantur et latissime auxerant, unius vitae spatio victrix aemularetur.

Roma tantum virum genuit septimo kalendas

Martias anno MDCCXXXII. Maiorum gloriam a pueritia primum veluti amorem habuit, litteras pertinaci studio coluit, memorias filiali veluti pietate lustrare coepit. Graecis atque latinis litteris imbutus, hodiernis excultarum gentium linguis praecipue auctus, Iosepho Marchi e Soc. Iesu, christiana antiquitatis cultori illius aetatis summo, statim adhaesit. At magister miro iuvenis ingenio latissimaque doctrina perculsus, socium potius eum habuit quam discipulum; brevique evenit, ut ab eo quem edocuerat, non sine omnium admiratione, vinceretur.

Attamen, et profanas etiam antiquitates et monumentorum reliquias non sine maxima laude vir doctus simul perscrutabatur, scripta haud raro edens, quae deinde summo pretio rei doctores habebant.

Latinarum inscriptionum corpus, quod Berolini Mommsenius et Henzen tunc digerebant, ferventi



opera et ipse auxit iuvitque, Nicomachi Flaviani honorarium basim celeberrima explanatione illustravit, primas inscriptionum syllogas docto volumine coegerit. Urbis veteris formam atque imaginem plurimis iisque eruditis libellis heic vel illic instauravit in oculis. Regionum Urbis indices acuta mente recognovit; Herculis fani, ad forum Boarium, diruti omnino, locum restituit; idem de Fabii Maximi triumphali arcu in Foro procuravit; Herculis et Musarum aedem in Philippi porticu, ad Campum Martium, scripto illustravit; cohortium vigilum excubitoria loca hactenus ignota indigitavit; denique volumen amplum et multa doctrina refertum de Urbis formis, quotquot ante XVI saeculum depictae vel delineatae fuerant anno 1879 edidit.

Verum, ut diximus, prae tot tantisque in profanae antiquitatis augmentum patratis, una ipsi summa gloria, qua maximus inter aequales excelluit, christiana antiquitatis doctrina.

Romana coemeteria, si catacumbas ad S. Seba, stiani excepis, inulta atque omnino fere ignota omnibus per saecula latuerant, incuria magis quam terrarum ruinis obruta. Ut haec reperiret, effoderet, exploraret, in lucem redderet, primum vitae suaem finem Joannes sibi constituit.

Quare inscriptiones veterissimae christianorum, quotquot in coemeteriis, in templis, in museis, in

privatis domibus, in suburbio exstabant, in unum primitus cogere coepit.

Tunc quae consularem certam exhibent diem cum incertis innumeris conferens, iuxta aetates distinxit, eiusque inquirendae leges redigit, cuius operis bina iam volumina paelo prodierunt, quorum primo de consularibus fastis doctissima dissertatione adiicitur. Harum deinde legum licuit viro doctissimo Lateranense museum Summi Pontificis Pii IX sa. me. munificentia constitutum miro ordine disponere.

Sed tamen coemeteriorum cryptae latebant adhuc omnes, nisi quas Bosius vel Marchi numero tres reperierant.

Tunc Ioannes, Michael Stephano fratre adiuvante, veterum peregrinatum itineraria in ordinem restituit, admotisque martyrum actis et martyrologiis, abditas adhuc eorum figuris et subterraneos trahentes iam late in charta delineavit.

Quibus tandem laboribus firmatus, effosionibus certa manu operam contulit, nullisque aemulorum vel ignorantium vel irrisionibus commotus, anno tandem MDCCCLIV, quinto idus Maias, ad antecessorum vetustissima sepulcra Pontificem alto stupore perculsum ipse deduxit.

Tum vero novo hoc detectionum trahente tute adhibito, veteris Ecclesiae thesauri sensim redierunt in lucem, sepulcra sanctae Caeciliae in coemeterio Callisti, sanctorum Nelei et Achillei et Pe-

tronillae in hypogeo gentis Flaviae, sancti Ianuarii,

sanctorum Felicissimi atque Agapiti in coemeterio Praetextati, Acilii Glabronis et plurimorum martyrum in coemeterio Priscillae.

Harum effosionum fructus doctis elucubrationibus illustratos sive circa monumentorum vetustatem, vel figuram, vel picturas aliaque ornamenta, per magna volumina ipse digessit, quae Romam subterraneam inscripsit; cetera vero omnia quae aliunde ad antiquitatem pertinentia investigasset, in commentario vulgabat quod *Ephemeridem christiana archaeologiae* dixerat, ac privato sumptu per triginta fere annos vulgavit.

Quae ex binis illis maximis eius operibus, *Roma subterranea* et *Christianarum inscriptionum sylloge* edenda supersunt, immanem rerum cumulum, quem magister ad rem congessit, discipuli eius studiose iam digerunt, et paulatim proelio vulgabunt.

Unum vero adhuc in tam diurno eius curriculo superest, quod forte laudatores minus aequo spectarunt, peculia riam nimurum merita, quae vir conquisivit in christianarum artium historia, prout earum opera prima Ecclesiae saecula exhibent.

In Lucinae cryptis ad viam Appiam, in coemeterio Priscillae ad Salariam, et Domitillae ad Ardea-

tinam, picturae christiane prima conamina indigavat, quae profanas tabulas et stylum affabre imitantur, et symbola suavissima quibus novae doctrinae documenta et dogmata abdita manebant, vites, pisces, grama, columbas.

Post haec murales picturae quae Susanna historiam in Priscillae coemeterio exprimunt, et quae tertio Ecclesiae saeculo saepissime depicta sunt, Abraham immolantem filium, Moysen rupem percutientem, Hebraeorum pueros in clybano Babylo-nensi, Lazarum revocatum ad vitam.

Omnium autem suavissimam atque pretiosissimam Virginis imaginem quae in Priscillae coemeterio super pariete imperatoribus ex gente Antonina aequalibus depicta, et vetustissima totius orbis Dei-

Academicos coetus frequentissimus adibat, et discipulos anxie cupidos miro eloquio edocebat: sed lectiones eius validissimas toties potissime audivimus, quoties per coemeteria martyrum solemnia quotannis haberentur. Versantur adhuc in oculis, post supplicationes et psalmorum cantus, vultus eius et gestus, qui stans in lapide vel in sarcophago, martyrum historias et memorias, christianorum conventum prima spectacula per sacrorum specum anfractus ad vitam revocabat: obstupebant circum atque mirabantur cives et peregrini.

Christianam fidem, quam doctrina sua evexerat, pie semper dilexit, observavit; Pontifices, qui eum amicitia prosequabantur, submisse veneratus est, eorumque hospes in Gandulphi castro, ad Albani lacum, eadem in aede qua a. MDCCCLXIV

Pio IX primum Romae

subterraneae volumen

obtulerat, anno

MDCCXCIV, duodecimo

kal. Octobris, diem

supremum obiit. Nec

unquam fere tanta fu-

nera oppidi viderunt

quanta sequenti die do-

minica celebrata sunt,

urbanis omnibus, quo-

quot studia maiorum

excolunt, ad ea conve-

nientibus, ut defunctum

maximum civem sub

crucis umbra, cuius pu-

gnas et victorias vivus

enarraverat, ad supre-

mat quietem communi-

ni fletu comitarentur.

A. COSTAGGINI.

FOSSAENOVAE

ABBATIA

CLARISSIMIS viris ea singularis est virtus, ut, quae vel ortu, vel

incolatu, vel morte loca sacraverint, ea, quamvis nuper male nota et humillima, subito in se gentium omnium oculos atque ora convertant, et, si antea monumentis decora historicis, maximum exinde nominis incrementum et apicem adepta fuisse videantur. Quo factum plerumque est, ut quae civitates et urbes filios suos aqua et igni interdixerint, vinculis manciparunt, bonis explorarunt, aut rerum omnium egenos per acerbis ima exsili compulerunt, ubi eos insignes aeterna laude nominis compererunt, horum sibi laudes, horum sibi nomina vindicarint, et, quos vivos expulerant, mortuos quaesiverint, et quos humana sentientes carne ad interitum fugaverant, saxeis simulacris effictos domum retulerint. Ridiculum hoc fieri plerisque visum; mihi etiam turpe. Quid enim de privata familia diceremus, quae unum e suis vituperatum fama, vulneribus affectum, a se depulerit quasi ignavum, infamem, si postea, ubi casu aliquo fortunis alibi creverit, vel ad se acciat, vel sibi divitias eius vindicet ab intestato morientis? Sed haec alio pertinent; nos quae nostra sunt persecutus, hoc unum notantes, homines animalia esse quedam rationabilia in potentia (philosophorum distinctione utor), minime vero in actu ratiocinantia semper.

Inter clarissimos autem quasi principem obtinet sedem Aquinas ille Thomas, de quo adhuc anceps iudicium, utrum sanctorum doctissimus, vel doctorum sanctissimus fuerit. Hic Lugdunum, iubente Gregorio X Pontifice, cum



Abbatiae Fossaenovae prospectus exterior. (Photographice expressit nobilis vir C. Tenerani).

parae icones habetur, ipse reperiit. Aevum edixit quo romanae Iesu imagini barba experti, barbata potius, quam nunc videmus, successerit; quod saeculo quarto abeunte contigisse edocuit, eodemque tempore aureolas et radios primum fuisse capitibus circumpicta constituit.

Iterum de christianis signis haud minori studio disseruit, marmorea sepulera in Lateranum cogens, atque insculptarum rerum historiam peracute illistrans.

Tandem basilicas pacis tempore erectas, quas Constantianas vocamus, undique recognovit lustravitque, effosionibus et dissertationibus doctissimis auxit, earumque musiva opera calamo commentatus est luculenter; artemque christianarum aedium ad saeculum usque XII per marmorarias, quas dicunt, scholas media aetate celeberrimas, assiduis investigationibus est prosecutus.

Mirabile ferme hominis ingenium, qui tot ac tam inter sece dissita feliciter inquirebat; at mirabilior alacritas qua doctorum forte maxime laboriosus habitus sit.

Epistolarum commercium cum omni orbe ipsi erat; nam qui ubique degerent docti viri summo studio cupiebant cum ipso communicare consilia.

properaret, ubi mali Concilio, qui congregabatur, hoc « Amaseni ad flum tens, septima Mar giter vixit, aetern


Magnum inde laus, qui fraterna tantem curarunt, criminis proseguunt

Proxima Priv media, Fossanova diruto, a Triponti immo urbibus, qui fastis notissima sumpetentis, tum Geti et Vitigen in locu

Né queras quilibet Benedictini monachus accessit ex viris de illic frequentissimi theca, quam, congre suo contulerunt. Q Pontifex anno Do fuit? Monasterium anno 1135 data a derico II imperii I magnificissime, ferebat, ferme a fun aedibus, proximum gregatum est; locu exemplum sequentis diis, donis, redditibus

Maximi templi vivax est a musivis instruitur ac decor crudo amplificatur. Atque arcum summi opifices pers et maestas in illis Deo Optimo Maximino Redemptori

Tribus ordinibus stat, et transverso Campanaria turris atrium, sexcentis concordibus et in regenda regant, ut intuentes delectent.



Abbatiae Fossaenovae peristylium. (Photographice expressit nobilis vir C. Tenerani).

properaret, ubi magni eius opera futura erat in universali Concilio, quod de summis Ecclesiae rebus illic congregabatur, hospitii causa in Fossaenovae abbatiam « Amaseni ad fluminis undas » infirmitate correptus diversus, septima Martii die, anno 1274, in Christo, cui iugiter vixit, aeternum quievit.

Magnum inde loco nomen, et eximia loci monachis laus, qui fraterna caritate suscepserunt adeuntem, aegrotantem curarunt, abeuntem ad caelestia multis cum laetitia prosequuti sunt.

Proxima Priverno, et fere inter hoc et Summimum media, Fossaenova aedificata est, haud longe a Foro Appii diruto, a Tripontio, Tribus Tabernis, et Regeta oppidis, immo urbibus, quarum nomina in sacris profanis fastis notissima sunt tum hospitio Apostoli Pauli Romanus potensis, tum Getis a Theodato rege suo descendentibus et Vitigem in locum eius sufficientibus.

Ne quaeras quibus aedificata fuerit auctoribus abbatia: Benedictini monachismi opus et labor. Loco insigne decus accessit ex viris doctrina et sanctitate spectatissimis, qui illic frequentissimi floruerunt, tum ex celeberrima bibliotheca, quam, congestis undique libris, illuc monachi more suo contulerunt. Quid plura, si inde Gregorius IV, qui Pontifex anno Domini octingentesimo vigesimo septimo fuit? Monasterium ac templum Cisterciensibus monachis anno 1135 data creditaque sunt, ac Friderico I et Friderico II imperii Romani summam regentibus templum magnificentissime, ut optima temporis illius architectura fecerat, ferme a fundaminibus instauratum. Insuper, additis aedibus, proximum huic monasterium S. Salvatoris aggregatum est; locumque Honorus Pontifex tertius, cuius exemplum sequentes tenuere Pontifices, privilegiis, praediis, donis, redditibus ditavit.

Maxima templo maiestas ac magnificentia, cui gratia vivax est a musivis operibus, pulcris et laboriosis, quibus instruitur ac decoratur ita, ut dum a magnificentia pulcritudo amplificatur, magnificentia a pulcritudine temperetur. Atque arcana artis architectonicae in hoc esse summi opifices perspexerunt, ut aqua sint lance elegantia et maiestas in illis aedificandis, quae humanam animam Deo Optimo Maximo querendo concilient: habeant enim maiestatem Domini Creatoris et gratiam habeant humanissimi Redemptoris.

Tribus ordinibus, quos naves vocant, templum constat, et transverso insuper ad modum latinae crucis. Campanaria turris digna visu, dignumque claustrum, quod atrium, sexcentis columnulis iisdemque grata diversitate concordibus et in unum conspirantibus tamen, nempe ut regenda regant, ut praeterentes allicant, ut affectos et intuentes delectent.

Nolo huic scripto finem imponere antequam duo denunciem, quae animadversione digna videntur.

Iamque primo est ingens ille rerum thesaurus, quem Ughellius, Muratorius, sexcentique rerum nostrarum diligentissimi vestigatores tot laudibus celebrarunt, nempe Chronicon Fossae Novae, Ioanne de Ceccano auctore (sic) ab anno primo nostrae salutis ad annum MDCCXVII, ex perverto ms. exemplari coenobii Fossae Novae.

Alterum autem est quod refertur ad caput Angelici Doctoris Thomae, et brevibus expedito. Hoc vita functo, contentio orta est; nam corpus eius hospiti legibus adcessus, in potestate Fossenovae erat; illud autem sibi vindicabant Neapolis, unde migraverat, Dominicani omnes, quia ex illo Ordine erat, aliae praeterea urbes, alia coenobia. Cisterciensibus, praeter ius optimum, nulla defensio. Hinc Urbano V iubente, venerabile corpus Honoratus Cajetani in comitale oppidum suum Fundos detulit, ac Dominicanis tradidit asservandum. Cistercienses, ut recuperarent, iudices adeunt; at dum illos servet, Urbanus idem anno 1368 rem Dominicanis adjudicans, Tolosano coenobio eorum tradidit. At Cisterciensis monachus Fr. Ioannes a Presenzano, quem Wilhelmus de Lordat de traduendo sancto corpore illo Montem Faliscorum, ubi Pontifex erat, inde Tolosam, satageret, arrepto tempore, caput sancti Doctoris dissecuit, et sanguinem defluentem e secis venis colligit, tresque ampullas vitreas illo complevit. Omnia ad absidem in dextero pariete templi Fossenovensis ad rem effosso condidit; caput aliud in locum disseci posuit. Exertos diu latuere haec pretiosissima, et quae sita loco demum reperta sunt anno 1585, praeside loci R. Ioanne Vicles Gallo et R. Gabriel. Haec autem solemni rite in Priverne templum deducta. Rem omnem acerime vindicat Thomas Magnoni Valentini (Bononiae, 1722), Privernatesque omnes, qui ad rei veritatem probandam miraculis etiam utuntur, quibus et caput et sanguis, Priverni, fulgere quotannis solent.

Rem notamus; non vero sententiam ferimus, neque de Presenzanensis monachi facto iudicamus.

H. DE VECCHI PIERALICE.

DE HORATII MARUCCHI OPERE

CUT TITULUS


“ÉLÉMENS D’ARCHÉOLOGIE CHRÉTIENNE „⁽¹⁾”

Ex quo Onuphrius Panvinius (de quo vide huius commentarii numerum superiore, III, p. 20) et celebre ille, sanctitate maxime venerabilis, Philippus Nerius attentionem hominum ad vetera christianorum, praesertim in urbe Roma, coemeteria converterunt, antiquitatum christianarum studia in dies magis magisque excoli copta sunt; cum statim animadvertissent praecleari ingenii viri, omnibus rebus in hac provincia bene perpensis et veritate ab erroribus omnis generis diligenter secreta, quam magnam utilitatem et fructum inde perceptura esset veteris Ecclesiae historia.

Praesertim vero saeculo nostro (rem notissimam dico, sed repetita iuvant) his studiis animum applicuit et totius orbis in se admirationem rapuit Joannes ille Baptista De Rossi, cui christiana antiquitatis scientia multo plus debet quam ceteris omnibus eiusdem rei ante eum studiosis. Quis ignorat illum, cum inde ab adolescentia huic disciplinae strenuam operam dare cepisset et plus quinquaginta annos nunquam a labore intermisisset, subterraneae, quae dicitur, Romae quovis angulo indagato et conquisito, compluribus inscriptionibus christianis repertis, ordinatis, explanatis, ducentas ferme commentationes vel maioris vel minoris molis conscripsisse, quibus res christianas ab initio usque ad saeculum ferme nonum ab obscuritate vindicavit et nova luce illustravit? Quod si nunc vigent per Europam haec studia plurimique eximiae doctrinae viri totam vitam in iis insumentam decreverunt, quorum bonam partem nunc ipsum convenisse Romanum ad communes labores fovendos et provehendos laetatur, id De Rossii potissimum exemplo et auctoritati acceptum est referendum. Nunquam igitur desatigabimur summis huius viri praedicare laudes; cuius immensam doctrinam vel in epitomen cogere ut omnibus utilissimum, ita haud levis laboris est.

Hunc laborem optimo consilio sibi suscepit unus inter praestantissimos De Rossii discipulos, Horatius Marucchi noster, huius commentarii lectoribus apprime notus, opere

(1) Vol. I: Notions génér.; II: Guide d. catacombes, Romae 1900.



Abbatiae Fossaenovae prospectus interior.

edito quod inscribitur *Éléments d'archéologie chrétienne*, cuius duo volumina iam in lucem prodierunt, tertium in manibus adhuc auctoris est. Huius operis notitiam quam accuratissimam dare non ingratum erit iis qui legent, praesertim his diebus quibus ob celeberrimum tot virorum doctorum conventum christiana archaeologia fere in omnium ore est, nec tamen omnes sciunt quid sit haec disciplina quidque sibi velit quibusve fundamentis natiatur.

Priore igitur Marucchiani operis volumine haec continentur:

a) Prolegomena, quibus de fontibus disciplinae sua auctor loquitur. Sunt autem haec: Acta Sanctorum, Martyrologia, Fasti Philocaliani, Liber pontificalis, Sacramentaria vel Missalia vetera, Capitularia Evangeliorum, Itineraria christiana, syllogae (1) epigraphicae variae, denique opera recentiorum. De his omnibus brevem aptumque sermonem facit auctor noster, neque omittit indicem librorum quibus eadem argumenta fusis tractantur.

Post prolegomena tabula quaedam inseritur urbis Romae formam summis lineis adumbratam exhibens; quae utilissima quidem futura esset lectoribus, si magis perspicua et maior etiam esset; ut nunc est, infra laudem totius libri manet, neque ullius usus. Sequitur:

b) Liber primus: Ecclesia Romana in imperium quatuor primis saeculis. Narratur hic octo capitibus, raptim quidem at nulla graviore re omissa, rerum christianarum historia inde ab eo tempore quo Christi doctrina Romam illata est, et deinceps sub imperatoribus rei christiana adversantibus usque ad incursions Barbarorum, et Barbaris dominantibus usque ad nonum saeculum. Huiusmodi narratio, ut par est, ita exponitur ut eae res quae ad antiquitatem christianam pertinent, velut inscriptiones, vel lapidibus vel muris insculptae et tabulae pictae ceteraque artis opera suo loco memorentur et in bono quasi lumine collocentur.

c) Liber secundus est de veteribus urbanis christianis-

(2) In usu huius vocis quae est graeca positione *sylloge*, es (= συλλογή, γράμμα) claudicare videtur Marucchi, qui nunc memorat numero multitudinis *sylloges* epigraphicas, pro eo quod esset *syllogae*, vel *syllogas*; nunc singulari numero ait casu recto: *sylloges Centulensis* pro eo quod est *syllogae*, cum *sylloges* haud dici possit nisi casu patro.

II]

LOLLIUS

SIVE DE PROVECTA LATINITATE

Cui ille: — Caveam ergo a lectore unius libri. Quo autem cavere a te possim facilius, relictis istis, intervisu modo quid faciat coquus, eique adesto, ne forte coena corrumpatur. Tu vero perge, Trebatii, et, nisi grave est, fac sciam, poetisne etiam efformandis unus a magistris illis fuerit vobis propositus Tullius.

Treb. — Rem intellige cum mica salis, ut aiunt. Nempe suum cuique rei propositum erat exemplar. Ecur autem relictis fontibus rivulos consecteris? An putas posse quemquam ad Tullii, ad Maronis, ad Livii famam procedere? In rem subeunt Iesiae Carminati verba, quae legi in eius oratione de veteri studiorum ratione retinenda. « Qui cum aliquibus illius nobilissimae artis viris comparari possint erunt nunc fortasse aliquot: qui supereret scitote esse neminem ».

Pis. min. — Tu igitur rivulos consectaris, qui istius Iesiae scripta recolis.

Treb. — Minutis, angustis, malevolis vobis, de rebus omnibus vel maxime perspicuis est quaestio perpetua. In scirpo nodum quaeritis. Aliud est multa legere, aliud exemplaria quaedam ad imitandum sibi proponere. Extremis his aptatur Horatianum praeceptum:

Nocturna versate manu, versate diurna.

At nunc, neglectis avitis opibus et stipe ab exteris libris mendicata, non puriori litteratura patet campus, sed nebulosis deliramentis et Milesii generis fabulis. Quamobrem iure quaeram ex vobis cum eodem Iesiae: « Ubi nunc

rum coemeteriis. Hoc argumentum ibi per summa tantum capita tractatur, amplior enim de eo sermo est in altero volumine. Paucis praemissis de sepultura mortuorum apud veteres, originem exponit auctor coemeteriorum christianorum, quae antea privata erant, postea in communem usum adhibita; quaestionem autem attingens an ad ecclesias proprietatis iure pertinerent coemeteria, contrarias opiniones exponit De Rossi et Duchesne; post, vocabula explanant quibus in coemeteriis describendis veteres utebantur et de funebribus ritibus loquitur in martyrum praesertim sepulta servatis. Pauca denique verba adiungit de minus antiquis coemeteriis, quae non sub terram, ut antea, sed summo solo construebantur.

d) Liber tertius totus est de epigraphia christiana; cuius doctrinae summa maxima rei peritia hic collegit Marucchi; sermonem primum instituens de christianis inscriptionibus in universum, quibus indicis a ceteris distinguuntur, quae formulae quaeve symbola in iis plenumque occurrant; mox singulis capitibus loquens de inscriptionibus consularibus, id est de iis quibus consulum Romanorum mentione iniecta, annus quo scriptae sunt eruitur, deinde de inscriptionibus dogmaticis, de iis quae vel ad pontifices vel ad episcopos vel ad diaconos pertinent, de iis quibus vita familiaris vel civilis tangitur, de epitaphiis dictio singularis, de inscriptionibus graeca lingua scriptis, de carminibus lapidariis Damasi papae, denique de iis quae vulgo dicuntur *graffiti*. Haec omnia tam opportunis exemplis illustrantur, imagine etiam titulorum adiecta, ut nihil clarius desiderari possit, nihil pertectius.

e) Liber quartus denique artis christiana historiam complectitur; cum enim christiana sepultra passim teoriis operibus, id est picturis ideo illitis atque variis generis sculpturis exornata sint, his bene perpensis et inter se comparatis colligere licet, quoniam argumenta tunc temporis tractarent opifices Christi fideles, qua cogitatione ducti imagines quodam modo fictas vel Iesu Christi vel SS. Virginis Mariae vel Sanctorum exhiberent, quibus symbolis uterentur, quo denique artificio opera sua conficerent. Quae omnia carptim at dilucide exponit Noster; nec omittit de aliis minutis operibus loqui, qualia sunt vitra inaurata, numismata, gemmae insculptae, sigilla, instrumentum omne domesticum, aliaque id genus in se-

pulcris passim reperta, et nunc in museis, praesertim Romanis, collecta et ordinata.

Veniam peto a te, benigne lector, si nudum paene indicem rerum de quibus in primo Marucchiani operis volumine agitur, apparare tibi non dubitavi; at ex hoc ipso facile intelliges quam magnam utilitatem sit allatura huius libri lectio cuicumque propositum sit vel hanc studiorum provinciam diligentius pervestigare, vel simpliciter christiana coemeteria, templa, monumenta ubique terrarum visendi causa adire et percurrere.

Quod si ipse cupies, Romam profectus, amicissimum eundemque peritissimum ducem habere ad *catacumbas* viendas, en tibi praesto erit alterum Marucchi volumen, nuperrime in lucem datum, quod hoc ipsum argumentum tractat titulumque habet: *Guide des Catacombes*. De quo dicere in praesens omitto quia iam satietati tuae occurrendum esse arbitror. Hoc tantum monebo, iam Marucchi tertiam in manibus habere operis partem, qua de templa loquetur ab antiquissimis Christi fidelibus exaedificatis, et, urbis Romae basilicis, Ecclesiae regionibus, titulis descriptis, historiam harum rerum narrabit luctuosa; id certe se facturum esse promittit in praefatione iam edita, neque is est qui fallere promissa aut velit aut possit. Nam vir est ut nobili ingenio et doctrina praeditus, ita spectatis animi virtutibus et singulari in Deum pietate laudandus, cuius specimen nuper dedit opus suum Christo dicans his verbis quae, bonae clausulae gratiae, integra referam: « J'offre humblement ce livre au Christ Rédempteur... Puisse mon travail, bénî par Lui, contribuer à la diffusion des connaissances archéologiques, à la défense de la Sainte Église et à la gloire des martyrs! »

F. RAMORINO.

“ DOMINICA PALMARUM ,”

S Cimus Christum paucis ante passionem diebus, acclamante populo, Ierusalem ingressum. Ecclesia christifidelibus hoc memorare cupiens, hac die pompam instituit, et dominico die voluit celebratum. Hinc diversa diei nomina iuxta diversa solemnia absolvenda. Dicta a nonnullis est: « Dominica indulgentiae », quod haec solemniter

tibus, tam saevis tempestatibus ac procellis, tanta denique caeli varietate, quantam adolescentibus nobis, non audire modo, sed ne cogitare contigit quidem. Praesentis vero aetatis errores, vitia, fraudes, ignominias quis recenseat?

Tenuit oratio vacuas aures dum occupavit pastillatio commoda fauces. Sed ubi tandem hoc opus elaboratum est: — Poteras — inquit Mucius — multo te brevius expedire his versibus Flacci:

*Aetas parentum petor avis tulit
Nos nequiores, mox datus
Progeniem vittiosorem (1).*

Phil. — O infasti alites, quibus nihil salvi est, dum ipsi vivitis; qui fracti orbis ruinas meditamini in mensa; qui festivos adolescentes cogitis scelestiorem coenare coenam quam quae Damocli quondam apposita est a tyranno Dionysio. Surgat aliquis ex junioribus vobis, quos video mentiri somnum, iubatque bonam mentem habere severos hos patres, qui redeunt in fastos,

Miranturque nihil nisi quod Libitina sacravit (2).

Tum Piso maior Mucium rogavit, haberetne selectos aliquos et recentioribus, qui latine scripsissent. — Habeo — inquit ille — collectum veluti florem latinitatis. — Allatumque cito volumen collocavit medium, Philippo supinis manibus exorante ne tali escae se ingurgitarent; ad coenandum venisse, non ad legendum. Piso autem ut oculos iniecit in extremas paginas, conversus ad Trebatium: — Si bene — inquit — hisce auribus audivi, te adolescentem multum operae latinitati ceterisque dabatur litteris, multoque cum fructu. Nostine Francisci Massii monumenta Vaticana?

(Ad proximum numerum).

P. ANGELINI.

(1) Carm. VI, 46.

(2) Hor. II, Ep. I, 49.

in museis, praesertim
lector, si nudum paene
no Marucchiani operis
on dubitavi; at ex hoc
m utilitatem sit allatura
ositum sit vel hanc stu-
vestigare, vel simpliciter
monumenta ubique ter-
currere.

profectus, amicissimum
abere ad *catacumbas* vi-
am Marucchi volumen,
hoc ipsum argumentum
Catacombes. De quo
in satietati tuae occur-
monebo, iam Marucchi
partem, qua de tem-
isti fidelibus exaedifi-
esiae regionibus, titulis
narrabit luculentissi-
mum promittit in praefatione
promissa aut velit aut
et doctrina praeditus,
gulari in Deum pietate
dit opus suum Christo
lae gratiae, integra re-
u Christ Rédempteur...
contribuer à la diffusion
et défense de la Sainte

F. RAMORINO.

MARUM,

sionem diebus, accla-
sum. Ecclesia christi-
die pompam instituit,
hinc diversa diei no-
da. Dicta a nonnullis
od haec solemniter

ocellis, tanta denique
us nobis, non audire
em. Praesentis vero
nias quis recenseat?
occupavit pastillatio
op opus elaboratum
multo te brevius ex-
tulit

nihil salvi est, dum
ditamini in mensa;
tiorem coenare coe-
posita est a tyranno
s vobis, quos video
mentem habere se-
s,
ua sacravit (2).

haberetne selectos
issent. — Habeo —
latinitatis. — Alla-
n, Philippo supinis
gigant; ad coenam
autem ut oculos
Trebatum; — Si
ante adolescentem mul-
litteris, multoque
monumenta Vaticana?

P. ANGELINI.

fidelibus concedebatur; «Dominica Paschae petitum» seu «competentium», quia hac die, iuxta nonnullarum ecclesiarum mores, cathecumenis Symbolum vel tradebatur, vel explicabatur. Appellata etiam fuit «Capitalavium» ob lavacrum capitum baptizandorum Sabbato Sancto, praesertim puerorum; atque in Oriente «Dominica hosanna» ab acclamationibus, quibus Christum Iesum Ierusalem ingredientem laetus populus exceptit. Denique etiam «evangelismi» festum, «palmarum», «gestationis ramorum», «in ramis palmarum» dictum est, vel «olivae», «olivarum», «ad palmas», etc.

Nunc vero «Dominica palmarum» vulgo nuncupatur ex eo quod benedictione ramorum et pompa, quae ipsam benedictionem sequitur, nobis ingressum triumphalem Iesu Christi in Ierusalem, turbis puerisque plaudentibus, «hosanna benedictus, qui venit in nomine Domini, Rex Israel», ostendat.

Cuius pompa origo vetustissima est existimanda; si quidem ad exitum IV saeculi in Kalendario romano, a Martene edito, ad calcem anecdotorum, «ad S. Ioannem in Lateranis» indicatur, ac pariter in Sacramentario sancti Gelasii: «Dominica in palmas de passione Domini». Habetus etiam Sacramentarium sancti Gregorii a Menardo editum, quod orationem illam, quae ante communionem recitabatur, refert; qua manifeste ostenditur christianum populum cum frondibus et ramis palmarum hac die adesse solitum. Sunt tamen liturgicarum rerum scriptores, qui contendant nullum huius ritus palmas benedicendi reperi vestigium ante VIII vel IX saeculum.

Olim nonnullis in locis ramorum benedictio extra Urbem, ubi crux hastata posita erat, absolvebatur. Inde populus crucem veneratus, ipsa cruce praecedente, solemniter civitatem ingrediebatur, ramos palmarum manibus gestans, et clamans: «Egredimini gentes, egredimini populi», aliquod templum petebat. Quo cum pervenisset, extra ecclesiae ianuam manebat; cantores contra in eam procedebant, et, clauso ostio, canebant duos versus ex hymno «Gloria, laus et honor»; ceteraque, ut adhuc in more est, absolvebantur.

Hymnus «Gloria, laus et honor» a quibusdam liturgicis scriptoribus Theodulpho abbatii Floriacensi, qui saeculo IX vixit ac postea episcopus Aurelianensis electus est, tribuitur. Quidquid sit de hac re, cum eruditis viri nihil certi affirmare possint, ita et nos incerta praeterimus, quibus tantum eius antiquitatem affirmare satis est.

Orationes vero, quae in benedictione ramorum recitantur, sublimioris reconditique sensus plenae sunt. Sacerdos enim orat, ut quemadmodum turba vestimentis et ramis viam constravit Christo Domino Ierusalem ingredienti, ita et nos curemus ut, remoto omni lapide et scandalo, in ramis iustitiae opera nostra frondescant. Atque ex ipsis precibus etiam facile colligi potest, antiquitus pro hac benedictione palmarum Missam propriam haberi, veluti optime Gavantus animadvertis.

Etiam a Summis Pontificibus soleme benedictionis palmarum absolvebatur; quin etiam olim in triclinio Lateranensi palmarum distributio a Romano Pontifice fiebat, cum unus ex cardinalibus hebdomadariis basilicae S. Laurentii extra muros illarum benedictionem peregrisset. Alias autem, ut legimus apud Mabillonum, palmarum benedictio in ecclesia S. Mariae in Turri, vel in Turribus, iuxta basilicae Vaticanae campaniam turrim, rite absolvebatur, post cantum horae tertiae: unde solemniter procedebatur usque ad S. Petri altare.

Sed procul dubio quam recordemur digna est pecuniaris illa pompa Romae habita cum Summus Pontifex Iulius II hac «palmarum die» Bononia in Urbem venit. Ipse enim, uti docet Christopherus Amaduzzi in libro cui titulus: *De operibus et rebus gestis Iulii II P. M. commentariolum Laurentii Parmenii Genesini*, in ecclesia Sanctae Mariae de Populo palmas distribui iusserat; sic una cum magna civium multitudine manibus ramos gestante Urbem ingressus est, ac per septem laurigeros arcus eidicatos et altaria hinc inde in viis disposita ante tempula et religiosas domus, triumphantium more, ad Vaticanas aedes perrexit. Quo profecto ritu ac spectaculo nihil vel Urbi clarius, vel intuentibus incundius.

F. C.

CHRISTO REDEMPTORI REGI SAECULORUM TRIUMPHANTI

*Vicimus! nostris superatus armis,
Pendet ex atra cruce Nazarenus;
Vicimus! quis iam memorabit ultra
Nomen Iesu? »*

*Sic triumphabant Stygiae cohortes;
Sieque Iudei, Stygiis administris,
Diva cum tandem moreretur ultro
Victima, Christus.*

*Tu-ne vicisti, Satana, rebellem
Quem poli civem Deus, induendus
Carne mortali, pepulit sub ima
Tartara vinculum?*

*Pone custodes, Miser, obseratum
Qui suis cingant gladiis Sepulcrum:
Milites ridet Redivivus; ictos
Fulmine calcat.*

*Nec putes, Christo repente caelos,
Posse te regnum populare Christi:
Dux suos agnos recreat, leonum
Viribus auctos.*

*Orbe fac toto rabidi tyranni
Saevant: saevos patienter agmen
Marlyrum lassat, teneris ab annis
Vincere solers.*

*Martyrum sanguis nova christiano
(Mira res!) Agro sata, fusus, addit;
Tuque «Vicisti Galilaeel» clamans,
Abiicis arma.*

*Integras bellum tamen et, reiecta
Vi, per offusas tenebras, dolosus
Hostis, oppugnas Fidei intentem
Eninus Arcem.*

*At dolos frustra struis: band movendo
Insidet Moles scopulo; Petrusque,
Lectus a Christo moderator Arcis,
Excubat usque.*

*Saepe, dum currit rota saeculorum,
Impius clamor sonuit: a Superbum
En ruit Templum! » Stygis at ruebat
Nitus inanis.*

*Quamdiu tellus stelerit polusque,
Stabat et Christi, violata nunquam,
Arx; nec avellet Crucis inde quisquam
Nobile signum.*

*Saecla viginti tua iam, Redemptor,
Sceptra senserunt; ter et o beati,
Qui tibi sese populi tribusque
Sponte dedere!*

*Quippe nolentes, domitos flagellis,
Obsequi cogis; penitusque duros
Conteres olim cruce, cum redibis
Arbiter Orbis.*

F. X. REUSS. (1)

(1) Ex novo hoc cl. auctoris carmine occasionem nacti, ipsi vehementer gratulamus, quod in latinarum litterarum certamine Amsterdami indicto eximia laude fuerit ornatus. Socios insuper certiores volumus alium quoque e nostris scriptoribus, ALAFRIDUM BARTOLI, magna commendatione ex eodem discessisse.

DE TORPEDINARIIS NAVIBUS LUCE ACTIS

NEMINEM fugit hoc saeculo iam ad exitum pro-
perante mirifica quaedam ex hominis ingenio
promanasse, quae fabulosa potius, quam vera habe-
rentur, nisi oculis auribusque ea quotidie accipere-
mus. Atque ut vaporis, photographiae, telegraphi,
phonographi prodigia ac sexcenta id genus alia,
quae enumerare longum est, praetermittam, verba
de torpedinariis tantum faciam navibus luce motis

ac ductis. Novam vocem *torpedinariis* in usum de-
duxii, illo Horatiano fretus praecepto

*lilit, semperque licet
Signatum praesente nota producere nomen;*

quaedam enim similitudo mihi interesse videtur inter
pisces torpedinem, cuius arcana vi manus arripientis
vehementer concutitur atque obtorpet, et huiusmodi
rates, quae quum iter faciant undis plerumque ob-
ductae, ad loricatas hostium naves proxime acce-
dunt, easque per igneos oblongos orbes, qui a graeco
verbo ἀσπα, siluri vocantur, horrendum in modum
convellunt ac paene destruant.

Principio torpedinariae rates vapore actae, vi pro-
pria hac illac per aequora vagabantur, atque exitiales
hostium naviis moliebantur insidias: at vero anno
millesimo octingentesimo octagesimo quidam Bren-
nau domo Melbourne, torpedinarias rates nova ra-
tione exstructas portui seu litori per filum aeneum
coniunxit, quod electrides pervaderet, qua ipsae
agerentur, atque siluri in inimicas iniicerentur naves.
Id, ut cuique perspectum est, ad portus ab excus-
sionibus hostium tuendos maxime conferebat, quum
ab uno gubernatore plures simul naves a torpedine
nuncupatae e summa portus turri moveri ac duci
possent; sed fili involucro magnopere impediabantur,
quominus ulterius in altum progrederentur ad ini-
micas insequendas rates.

Interea Marconiani telegraphi absque filis fama
longe lateque propagata, studia ac pericula acriore
animi contentione a physices doctoribus etiam atque
etiam sunt iterata, ut naves torpedinarias, dempto
filo, e longe in aequor impellere ac ducere licet;
neque spes eos fecellit: nam, quod erat in votis,
tandem acri ingenio iuvenis, cui nomen Axel Orling
e Suecia, plene perfecteque est assecutus.

Sed praeter omnium expectationem quae adhi-
betur vis ad motum in naves ciendum, ea in elec-
tride minime continetur, sed in arcans quibusdam
lucis radiis eiusdem fere generis, ac famosi radii
Röntgen.

In paucis mirificum Axel Orling inventum: in
summa portus turri quaedam instruitur machina,
quae a natura ignotos eripit radios, eosque in rates
longinquas iniicit, ubi per aliud id genus instrumen-
tum in electridem extemplo convertuntur, qua ipsae
agantur, ac siluri in hostium mittantur classem. E
portus arce in naves, quae quinque vel sex millia
passuum distent, facile motus cietur; sed ex collis
iugo, aut melius ex navicula globi, qui per aera
hydrogenio extollatur, rates moveri ac duci possunt,
etiamsi inter eas et gubernatorem quindecim vel
viginti, millium passuum intersit spatium. Et quia
torpedinariae naves, quum per aequor vagantur,
undis plerumque obruuntur, ut hostium eludent vigilant
eorumque igneos devitent globos, aquas
procerus supereminet malus, in cuius vertice discum
albo colore infectum extollitur, aptum ad mirificos
excipiendo radios, eosque in naves immittendos, ubi,
ut diximus, electrides facile evadunt. Noctu autem
discum fulgidissima lampas ex electro illustrat, ita
tamen, ut a gubernatore tantum accipiatur, hostium
vero oculis plane occultetur.

Neque putandum est magnam haberi difficultatem
in navibus e longe movendis, moderandisque: quum
enim arcanae lucis radii ex gubernatoris loco in
navigia torpedinaria proficentes sensim coni instar
patefiant, et spatium complectantur eo latius, quo
longius illa absint, clarum perspicuumque est igno-
tam adhuc lucem disco facile excipi posse atque in
electridem converti.

Quod quantum conferat ad artem bellicam nemo est, qui non videat, quum unus idemque rei militaris callidus gubernator ex portus turri aut ex quovis eminenti alio loco per alias torpedinarias rates quamplurima loricata hostium navigia brevi tempore vastare ac paene ad nihilum redigere valeat.

HERSILUS.

ANNALES

Victoriae reginae iter in Iberniam - Galles princeps nece incolumis - Bellum ad Transvaal - Delagoa iter Anglis apertum - Reliquae Africae bella - Americanae seditiones - Sinarum discrimina.

VICTORIA, Anglorum regina, Iberniam insulam, ovantes inter incolarum turbas, lustrat. Potuerunt haec tum ipsius regalis foeminae comitas atque innata benignitas, tum concessae libenter facultates ibernis militibus trifolium galeis appingendi, quod suae gentis simulacrum acriter custodiunt atque habent, tum denique recognita palam a rei publicae moderatoribus strenuissima imperatorum virtus qui ad anglica signa victoriam exsulante redegerunt: hos enim fere omnes ex Ibernorum gente natos Anglis fatendum est.

*

Haec inter Wallensem principem, Copenaghen Daniorum urbem caput petitum, ad Bruxellensem moenia, adolescens, amenti ferme aestu corruptus, in ferreo curru aggreditur. Emissi e manuballista tres ictus principis corpus haud attigerunt, quod faustissima sorte factum gentes Europae ubique concelebrarunt, regalique viro quisque gratulationes obtulerunt.

*

Confluunt ad Africæ frontem frequentia in dies Anglorum navigia militibus, impedimentis, re frumentaria at praecipue equis onusta, ut Roberts ducem, post Bloemfontein captam bellum prosequendi impotem, valido auxilio redintegrant. Ingens enim militum multitudo, quam Angli coegisse dicuntur, equorum et rei frumentariae inopia premi videtur, qua inepta quemadmodum ad hostes petendos effecta est. Quam sane propitiam rerum opportunitatem nactos esse Boeros videmus, qui nec Joubert ducis inopinato obitu exanimati, hostes sua ipsa multitudine impeditos lacessiri non desinunt, cohortes callidis motibus circumdant atque captant, tormenta bellica auferunt, immo et ipsam Bloemfontein urbem, quam modo derelinquere coacti sunt, anglicis copiis resertam obsidione cingere vicissim ipsi minitantur. Has autem inter assidas ad velitationes, Villebois Mareuil Gallus tribunus militum advenaeque complurimi in insidias ab Anglis paratas inciderunt, ac strenue pugnantes occubuerent.

*

Lusitani, quos veluti Anglorum clientes a saeculo novimus, post cognitam nuper de Delagoa sinu arbitrorum condemnationem, liberum iter per suam coloniam sociorum copiis concesserunt. Nec reor iure an iniuria multos pertimescere ne forte aliqua ex Europæ nationibus casum belli ex huiusmodi concessione excitatura sit, nisi hoc de Russia putetur. Quamvis enim aegre, satis tamen innotuit Russorum Caesarem Moscovitarum sacram civitatem adiisse, copias inumeras circa Europæ fines coegisse quasi ad bellum quoddam ignotum, cuius rei exitum anxi animo omnes spectamus: nec minus grave rei indicium illud esse puto quod administratorum supremus

coetus constituit de navalibus copiis, expensis ad quinqüages centena millia rublorum multiplicatis, brevi augendis.

*

Reliquam Africam consuetae vices conturbant. Galli geminato agmine Sahara regionem pervadunt, quorum alterum Bertrand tribunus militum, alterum D'Eu alter a tribuno dicit. Postremum hoc ad In-Ghar oases Arabes et Nigritas sibi adversos in fugam disiecit, urbem occupavit, praedonum ductores plurimos in vincula redigit. Aethiopes interdum ad Didiga in Agaden regione Arabum falsi prophetae exercitum superarunt. At in Belgica colonia ad Congo flumen nigrarum operariorum seditiones gravissimæ contra Europaeos exortae sunt, in quas Lo-thaire centurio, comitante cohorte, iam profiscitur.

*

Iisdem morbis torquetur meridionalis America. Respublica Entrerios in Brasiliano foedere uberrima instructis factionibus pervastatur; Guadalupa, Gallo-rum insula, seditiones incolarum, satorum depopulationes, incendia experitur, nec ulla est militum publica vis atque auctoritas quae cohibere tot mala valeat. Portorico, septentrionalium Americanorum insulam, operariorum tumultus pariter vidit, qui bis nullum numero congressi, Nigritas atque peregrinos armis petierunt ad necem.

*

Extrema huiusmodi Sinensium sunt. Perduellum turmae ferreum iter quod in provincia Sciantung Germanorum opera deducitur, heic vel illic petunt atque dirunt: laborantibus mox oportuit; militum centurias loca circum lustrare: quae nec satis esse videntur, et uberiora auxilia ab imperatore impenetrantur.

Piratae, Anglorum scapham prope Chek-neung-shan diripuerunt, nautas in vinculis abduxerunt. Quibus perpensis, unanimis Europæ gentium fuit apud reginam protestatio ut infensum illud scelerorum collegium, quod ex pugilibus nomen habuit, decreto abroget atque dissolvat: legatorum aedes nautarum manipulos advocarunt ut validius protegerentur; denique ad Za-u portum navigia plurima tun Europaearum tun Americanarum gentium convernunt, ut futuris eventibus promptum auxilium habeatur.

POPLOCOLA.

PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS

In Anglia dynastæ e Norfolk gente, qui epistolarum commercio omni per imperium præerat, Londonderry nobilis vir suffectus est. Feriae deinde usque ad vigesimam sextam huius mensis diem constitutas sunt.

In Austria imperatoris administrî summam expensarum in hunc annum statuerunt. Bellicæ rei supremus curator augmenta de armorum vi, quæ proposuerat, postremo tandem respuit.

In Brasilia de civitatum iure peregrinis concedendo iterum quaestio agitur; propositaeque rogationi ipse reipublicæ praeses favorabilem sese præbuit.

In Gallia coram utroque coetu summa expensarum approbata est, lataque lex de coloniarum exercitu renovando.

In Germania de augendis navalibus copiis in delegatorum coetu agitur, atque prævident plures, catholicon factione iam aliquantulum conversa, cum res in disceptationem apud oratores populi descenderit, optatum exitum habituram.

In Hungaria utriusque coetus delegati viri ut summam expensarum pro virili Hungariae parte constitutam examinent, die XII proximi mensis Maii primum convenient.

In Iberia pariter summa expensarum approbata est, ac deinde feriae usque in proximum mensem indictæ.

In Italia novae regulæ quibus coetus legibus ferendis teneatur latae sunt, at regale illud decretum de publica securitate tuenda, quod tot irarum causa fuerat, abrogatum. Insuper Coriolanus Ponza di S. Martino, die huius mensis vii, bellicis rebus moderandis administer creatus.

SCRIBA.

SOCIIS MONITUM

XVII kal. Maias, sacro Paschatis Resurrectionis die, prouti in prospectu commentarii nostri subnotationis dictum est, sorti committetur peculiare illud donum sociis oblatum, *theca aurea pulveri nicotiano asservando*, qua SS. Dominus Pius PP. IX utebatur, prouti ex luculento constat in scriptis testimonio. Illius itaque cui sors favet nomen et mansionem in proximo numero edemus: ceteri autem socii qui fideles nobis perstinent, statim accipient *librum*, vulgo « album », *praecipua Urbis referentem*, cuius opéris perfectionem non nostrum, sed eorum erit celebrare.

Vox Urbis.

AENIGMATA

I.

Sumo notas tres; servo duas, sed muto priorem,
Quisque ut (ni caecus) nomina terna legit.

- 1 - Ante hanc procumbis, tendens ad sidera palmas.
- 2 - Insurgit cita, sed citius tu comprime flammas.
- 3 - Omnibus ecce adsunt, quae interdum muta lo-

[quuntur]

II.

Stat pedibus *primus* ternis in vertice Mundi.
Unicus est *alter*, cui non fuit indita vita.
Integra diva sui vultus nos lumine signat,
Quo fit ut in nobis divina existat imago.

DIGAMMA.

Ex sociis qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet opus cui titulus:

MANUTII PAULI EPISTULÆ SELECTAE

Ed. M. FICKELSCHERER Lipsiae ex offic. Teubn.

Aenigmata ann. III, n. IV proposita his respondent:

1) Superbia dementer inflat. 2) I-da.

Ea rite soluta miserunt:

Ed. Bianco; M. Mori; Fr. Xav. Reuss; Anic. Tapias, *Roma*-Guil. Schenz, *Ratisbona*; I. Ant. Schneider, *Monachio*, in *Bavaria* - Ver. Cariolato, *Vicentia* - Ioannes Mediolanensis - Mich. Jexieniski, *Leopoli* - Car. Stegmüller, *Sabaria*, in *Hungaria* - Ad. Huza, *Grybvia* - Hild. Guepin, S. Dominico de *Silos* ad *Burgos*, in *Hispania* - Herm. Gini, *Taurini aquis* - Ant. Portanova, *Salerno* - Alph. De Jaer, *Pousset*, in *Belgii* - Ioan. Sedlack, *Praga Bohemorum* - Aug. Natquet, *Monteloco*; A. Chevénement, *Nods*, in *Gallia* - Cels. Sironi, *Cairo* - G. Wilhelm, *Canterbury*, in *Anglia* - L. Lemette, *Uvrier*, in *Helvetia* - F. Sal-larès, *Sabadello*, in *Hispania* - D. Macrae, *Lairg*, in *Caledonia* - Aug. Roberge, *Chicot*, in *Canada* - S. Samorek, *Lublino*, in *Polonia* - Ios. Vykoukal, *Seccau*, in *Styria* - Ios. Crosatti, *Polian Vallispantae in agro Veronensi* - P. Garrone, *Pezzana ad Vercellas* - Ant. Maria Contini, Episc. Castrisard, - Ios. Rokoszny, *Sandomiria* - Mart. Kheberich, *Seepusio* - Alois. Frachetti, *Mengalore*, in *Indis* - Humb. Salmaso, *Adria*.

Sortitus est praemium:

JOSEPH CROSATTI,
ad quem missum est opus, cui titulus:

DIVI THOMAE AQUINATIS

Summa philosophica contra gentiles
ad lectionem codicis autographi in bibl. Vaticana adservati,
probatissimorum codicum meliorisque notae editionum
fideliter impressa.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE - Ex Officina Forzani et Socii.

legati viri ut summam
arte constitutam ex-
prüsum convenient.
sarum approbata est,
mensē indicatae.
oetus legibus ferendis
decretum de publica
causa fuerat, abroga-
s. Martino, die huius
s. minister creatus.
SCRIBA.

TUM

natis Resurrectio-
commentarii nostri
committetur pecu-
m, *theba aurea*
qua SS. Dominus
luculento constat
que cui sors fave-
rō numero ede-
s nobis perstite-
vulgo « album »,
uis operis perfe-
erit celebrare.

Vox Urbis.

A

ed muto priorem,
ina terna legat.

ad sidera palmas.
prime flammas.
nter dum muta lo-
quuntur

rtice Mundi.
dita vita.
ne signat,
tat imago.

DIGAMMA.

natis interpreta-
torem miserint
gratis accipiet

SELECTAE
offic. Teubn.

his respondent:
2) I-da.

nic. Tapias, Roma -
Monachio, in Ba-
diolanensis - Mich.
ia, in Hungaria -
minico de Silos ad
aquis - Ant. Por-
Belgii - Ioan. Sed-
teloco; A. Chevè-
tre - G. Wilhelm,
Helvetia - F. Sal-
irg, in Caledonia -
orek, Lublino, in
Ios. Crosatti, Po-
rrone, Pezzana ad
sard. - Ios. Rokos-
- Alois. Frachetti,

S
gentiles
ciana adservati,
ae editionum

iusperitus.

Socii.

- XIII. . . Ciceronis M. Tullii Orationes. Ed. MÜLLER. (Voll. 3).
XIV. . . Ciceronis M. Tullii Epistulae. Ed. MÜLLER. (Voll. 2).
XV. . . Ciceronis M. Tullii Scripta philosophica. Ed. MÜLLER. (Voll. 3).
XVI. . . Eclogae poetarum latinorum. Ed. S. BRANDT.
Id. graecorum. Ed. STADTMÜLLER.
XVII. . . Gellii Auli Noctium Acticarum libri XX ex rec. M. HERTZ. (Voll. 2).
XVIII. . . Historicorum Romanorum fragmenta. Collegit, disposita, recensuit H. PETER.
XIX. . . Orosii Pauli Historiarum adversus Paganos libri VII. Rec. C. ZANGEMEISTER.
XX. . . Panegyrici Latini XII. Rec. AEM. BAEHRENS.
XXI. . . Poetarum Romanorum fragmenta. Ed. AEM. BAEHRENS.
XXII. . . Sili Italici Punica. Ed. L. BAUER. (Voll. 2).
XXIII. . . Taciti C. Cornelii Libri qui supersunt. Rec. C. HALM. (Voll. 2).
XXX. . . Divi Thomae Aquinatis Summa Theologica ad emendatores editiones impressa et accuratissime recognita. Edid. Romae Forzani et S. - Leo PP. XIII aureo numismate decoravit.
XXXI. . . Divi Thomae Aquinatis Summa Philosophica contra Gentiles ad lectionem codicis autographi in bibl. Vaticana adservati, probatissimorum codicum meliorisque notae editionum fideliter impressa. - Romae, ex off. Forzani et S.
XXXII. . . Biblia sacra vulgatae editionis Xysti V P. M. iussu recognita et Clementis VIII auctoritate edita. - Affabre renovarunt Desclée, Lefebvre et S.
XXXIII. . . Novum Iesu Christi Testamentum vulgatae editionis Xysti V P. M. iussu recognitum et Clementis VIII auctoritate editum. - Affabre renovarunt Desclée, Lefebvre et S.

(Quae opera omnia prodierunt Lipsiae ex officina Teubneriana).

PER ORBEM

Fuerat olim quidam in Graecia, Bellerophontes nomine, qui Pegasum, caelestem equum, cum ex Pyrene Corinthio fonte biberet, laqueo fortis retinuit, audax ascendit, domuitque brevi ita ut in Chimaeram proelium parans, renuentem bellum contra monstrum vitor incitaverit.

Divinum, hercle, facinus, at non adeo portentosum ut Belgarum vigiles scholae nuper ad Thuini urbis moenia, nec a longe quidem, aemularentur. Haec enim servabat tardis nepotibus Fatum, ut non tantum equum aligerum, sed et ipsum divinum equitem eodem laqueo captarent. Fecerunt enim utrumque hoc in Desprez illum Gallum quem Belgici milites tenuerunt, qui *hyp-pandron* nomen iure merito sibi delegerat. Illum ex ipso circensi triumpho dirupperunt invidi scholarii, cum tintinnabulis pluribus zonae circa lumbos appictis urbis moenia quotidie integrum cursu circumiret, stupentibus circum cibibus portentum hoc nondum in caelum evolasse.

Verum neminem puto adeo graviter eius capturam tulisse quam ego ipse, lectores mei, qui *hyp-pandron* hunc iamiam pretio conducere agitabam, ut cursu volatique, veluti Pegasus alter, ad ea visenda quae in orbe fiunt alternis hebdomassis referrem.

¶

Quamquam hac saltem vice longe diuturnum eius iter non fuisset. Vix enim ex Batavia in Germaniam aliquantulum flectens viam satis superque referenda invenisset.

Qui linteum texunt in Batavia orientali ad Hamme urbem, desertionem inierunt tumultibus et sceleribus gravissimam: pistolas aggressi ac depopulati sunt; percusserunt pistores, milites advenientes lapidibus vulnerarunt, domus ci-vium, qui in comitium non descendissent, ti-

gnis et axis diruere coeperunt, vixque legione tandem adveniente a criminibus manus ultra abstinuerunt.

¶

Quod si Berolinum descendisset, disciplinarum academiacae aedes pompa insueta paratas vidisset. In triclinio autem ornatissimi Hohenlohe principes imperii cancellarius, administris reipublicae, gentiumque legati convivio aderant, ut centesimum bis ab inito nobilissimo coetu annum cum academicis celebrarent: quos inter viri in orbe celeberrimi Mommsenius, Harnachius, Dartoux. Ceterum academiae fere omnes quotquot naturae disciplinis student ad epulantes socios gratulatorias syngraphas miserant.

¶

Feriantibus his, lugent Vindobonae Germani, socialistarum tumultibus Mahsrich et Ostrau conturbantibus, athenaeorum discipuli singulari pugna sese ad invicem petentibus, nivalibus procellis assidue omnia obruentibus.

¶

Danubius autem in Hungaria, ad Park ripas, graviora vidit; necem nimirum agriculturarum viginti quinque, qui flumen per procellos aerem scapha transire conati, fluctibus atque tempestate correpti sunt et miserrime demersi.

¶

Ut vero in limine animum reficiamus Karlsruhe redire optimum consilium existimo, ubi sponsalibus laeto auspicio initis in dynastum aedibus adstabimus Maximiliani principis e Badensi genere cum Maria Aloisia e gente Cumberland. Quibus omnia bona, fausta, felicia ex animo ominamur.

VIATOR.

VARIA

Nonnulla de Anglis.

Nonnulla, quae Anglos attingunt, hinc inde decerpimus, quae delectationis causa scire licet, noscere eruditio[n]is fore non dubito.

Quotannis ex Italia in Angliam quinquages centena ovorum millia vendenda mittuntur. Angli pariter inter duplum et quadruplum carnium prae Gallis edunt quotannis, atque inde nonnullis sententia est eos longaeviore prae Gallis vita frui. Tres quotidie ex Anglis moriuntur in aquis dum navigis inserviunt. Quadragesima ex centenis singulis, qui mercatoriam in rem incumbunt, vel aere alieno decocti, vel fortuna adversa prostrati numerantur quotannis; e singulis sexaginta, qui secundis utuntur casibus, quatuor pariter quotannis eminent innumerabilibus opibus comparatis. Trecentae circiter naves, sive vaporis, sive ventorum per alta rapiuntur, quotannis ex Anglia perirent submersae. E navibus centum, quae Canalem Suez, quem vocant, praeterlabuntur, octoginta Anglis tantummodo, reliquae viginti ceterum gentium imperio ac dominio sunt. Vaporivae naves Anglorum, quae celeritate in Oceano trahendo praestant, vaporitrahos terrestres ex italicis velocitate longe praevantur. Quisque Anglus quotannis quadraginta et quatuor epistolas diritorio ferendas credit, et ex iis, mirabile dictu!, vix viginti literae inter decies centesimae millia metam propositam non contingunt. Anglicus sermo quotannis centum augetur vocibus novis, atque ita diebus nostris increvit, ut gallico ditior sit quater. Quod Anglia impendii habuit in fodiendo isthmo Suez habetur par 102 000 000 libellarum (*francs*); quod hodie quotannis inde colligit aequat pecuniae pondus, quod proportionem cum 625 000 000 libellarum haberet; sexies igitur initialem pecuniam brevi tempore multiplicavit.

P. d. V.

Desclée, Lefebvre & Soc.

LIBRERIA CATTOLICA INTERNAZIONALE

ROMAE - VIA S. Chiara, 20-21 - ROMAE

GUIDA DEL PELLEGRINO A ROMA

Recognovit P. BONAVENIA S. I.

GUIDA DI ROMA

ab ipso P. BONAVENIA S. I. exarata.

Bina haec opera habentur duplice editione impressa, sive italica sive gallica lingua, atque ven. sing. Lib. 1.50. Anglica vero tela relig. Lib. 2.

Nuperrime prodierunt

CONSTITUTIONES LEONIS XIII

SUPER

IUBILAEO UNIVERSALI ANNI MDCCCC

COLLECTA EDIDIT, QUIBUSDAM ADNOTATIONIBUS ADDITIS
IN COMMODUM PRAESERTIM CONFESSARIORUM

THOMAS ARIZZOLI

Missionarius Apostolicus Imperiali, S. Poenitentiariae officialis.

Ven. lib. 1

apud commentarii VOX URBIS Administratorem.

Pro sociis comm. Vox Urbis Lib. 0.50

LE LAUDI LATINE
E
IL CANTICO DEL SOLE
DI
SAN FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier, viro rei longe peritissimo, conscriptam, continentur *laudes latinae* cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, necnon illa *Speculi perfectionis* capita, quae *Cantici* originem exponunt, aliqua permulta. Libellum, quem proxime alii subsequuntur ad parvam *Bibliothecam Franciscanam* comparandam, *Iulius Salvadori*, litteris tradendis doctor egregius, maxima editit cura. Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administrationem venit L. 0.50, in pauperum levamen.

VOX URBIS

LIBRI RECENS DONO ACCEPTI

MARIETTA PICOLOMINI Marchesa CAETANI DELLA FARGNA. *Cenni biografici.* - Senae, ex officina S. Bernardini, 1900.

Iscrizioni, ricordi funebri e salmi di Mons. VINCENZO DI GIOVANNI, Vescovo titolare di Teodosioli, Professore nella R. Università di Palermo, con prefazione di ANDREA MAURICI. - Panormi, ex officina Virzi, 1900.

Apologetica e Archeologia Cristiana. Conferenze, discorsi e note di Mons. VINCENZO DI GIOVANNI. - Panormi, edidit A. Reber. *Le Chemin du Ciel éclairé et aplani, ou Lettres de direction recueillies et mises en ordre par l'auteur de Allons au ciel.* Tome premier. - Lutetiae Parisiorum, edid. Vic et Amat, 1900.

A. DOLCI. *L'antropogonia Mosaica e l'evoluzione.* Dissertazione. - Romae edidit officina Vaticana, 1900.

IANUARIUS ASPRENAS ROCCO. *Christus servator.* - Neapoli, ex officina Scientiarum Regiae Academiae, MDCCCC.

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS ANN. MCM (Vid. in secunda operculi pagina).

T. G. Fratrum PARISI
CANDEALARUM AD SACRA OPIFICIUM
PRAEMIIS INSIGNE

AB ANNO 1829 CONSTITUTUM

Romae in Italia, in Foro Campi Martii, 6

Singulis in artium
recognitionibus publi-
ce habitis maxima re-
lata munera.



Praecipua Tempa
cereis instruit ubique
terrarum. In Asiam,
Africam et urbem Con-
stantinopolim mittit
ingenia rerum huius-
modi pondera, pretio
francs 180 pro singulis
100 Chilogramm.

LEO PP. XIII
honores addidit.

Lateranensi Archi-
basilicae, itemque Va-
ticanae, quoties de Bea-
tificatione aut de Cano-
nizatione solemne sit,
suppediat.



Si vero ab America
aut ab Australia petan-
tur onera (300 Chilo-
gramm. ad minimum),
premium erit francs 225
pro 100 Chilogramm.

Nullo impedio iubentium
res in proximiorem a petentibus designatum portum defertur
Gratuito pariter, quae mittuntur, arca asservantur

Cuivis quaerenti explicatio erit uberior.

FIGURAE URBIS ROMAE
ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO

Veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS
(m. 1.10 × 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datur,
venit singillatim L. 2.50

apud comm. VOX URBIS Administratorem.

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS
ROMAE - Via Alessandrina, 87.